Quelle: https://manuscripta.at/?ID=6806
Copyright: CC BY 4.0 <img
src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png">



Et rex dauid senuerat: habebatq; etatis plurimos dies cumq; operiretur vestibus non calefiebat. Dixerunt ergo ei seruiri sui: Quaerat domino meo regi adolescentula virgine: et stet coram rege et foueat eum dormiatq; in sinu tuo: et calefaciat dominum meum regem. Quaesierunt igitur adolescentulam speciosam in omnibus finibus israhel: et inuenerunt abisag sunamitem et adduxerunt eam ad regem. Erat autem puella pulcra nimis: dormiebatq; cum rege. et ministrabat ei: rex vero non cognouit eam. Adonias autem filius agith elevabatur dicens: Ego regnabo. Fecitq; sibi currus et equites: et quinquaginta viros qui currerent ante eum. Nec corripuit eum pater suus aliquando dicens. Cur hoc fecisti. Erat autem et ipse pulcer valde. Secundus natu post absalon. et sermo eius cum ioab filio sarui: et cum abiathar sacerdote: qui adiuuabant partes adonie. Sadoch vero sacerdos. et banaias filius ioiade et nathan propheta et semei et ceretheti et felethi. et omnes robusti exercitus dauid non erant cum adonia. Immolabatq; ergo adonias arietibus et vitulis et vnguibus pinguibus iuxta lapidem zoheleth qui erat iuxtaq; fontem rogel. Vocauit vniuersos fratres suos filios regis. et omnes viros iuda suos seruos regis. Nathan autem propheta et banaia et robustos et salomonem fratrem suum non vocauit. Dixitq; nathan ad bersabee matrem salomonis. Nunquid audisti quod

Incipit tertius liber Regum Capitulum primum